



## Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

14. Dies Novemb. Causa diligendi Deum, Deus est. Bern. tr. de dilig. Deo.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Etus fontes, vitam salutem, tantas consolationes servat a-  
 liquid quod non det nisi tibi. Quid est autem quod tibi  
 servat, nisi se? pete aliud si melius inveneris; se tibi servat  
 Deus. Avare quid inbias caelo, & terra? melior est qui fe-  
 cit calum, & terram: ipsum visurus, ipsum habiturus es.  
 Quæris ut tua sit illa villa, & transiens per illam dicis,  
 beatus cuius est possessio ista; hoc dicunt quam multi, qui  
 transeunt per illam possunt agitare caput, & suspirare,  
 nunquid & possidere? beata gens cuius est Dominus De-  
 us eorum: hac ama, hoc posside, hoc cum vis, habebis, hoc  
 gratis habebis. O si illum serio aliis hominibus spretis  
 quæras, si quærens invenias, si cum invento familia-  
 riter sermocineris, quam te tædebit, vel cum alio lo-  
 qui, quam cum Deo. Tunc ex suavitate quam hau-  
 ries ex illo, sub cuius lingua lac, & mel, & in cuius la-  
 bis diffusa est gratia, dicēs quod ille totus Dei immer-  
 sus contubernio, D. Robertus, Postquam locutus sum  
 Deo, & Deus mihi, & edet me loqui, & agere cum homi-  
 nibus. Similia erant de Dei commercio verba S. Scho-  
 lasticæ cum diceret; vel oportet loqui de Deo, vel oportet  
 silere; quia quidquid est hic in terris, non meretur ut de  
 eo loquamur. Itaque Deum quærare, & modum eun-  
 dem reperendi suggerere, omnis nostra posthac erit  
 cura. Interim tu

*Hoc unum cura, unum ut super omnia cures.*

#### 14. DIES NOVEMB.

Causa diligendi Deum, Deus est, Bern. tr. de dilig. Deo.

Deus a- 1.  
 mandus  
 quia Deus.

**H**æc ultima est hominis perfe-  
 ctio, tanti singula æstimare,  
 quanti sunt æstimanda; pluris  
 vel minoris æstimare, est turpi-  
 ter errare, quia est peccare. Ut porro cognoscat  
 homo,



homo, ad quid amorem suum debeat convertere vel à quo avertere, necesse est fingere animum vel in quodam centro creaturarum, esse collatum, ut nec ad dextram per excessum, nec ad sinistram per defectum, nec ad exteriora, sed ad interiora, id est Deum, amorem suum flectat. Habet homo alia supra se, alia juxta se, alia infra se. Supra se habet Deum, juxta se proximum, infra se mundum. Quod est supra hominem, est summum; quod est infra se, estimum; quod est medium est majus infimo, & minus summo; itaque homo qui est medius, inclinatione ad inferius miserè, conversione ad summum, beatè vivit. Nihil ergò te abjicere ad illa, quæ sunt inferiora te. Scimus enim tibi movet si quis conditione vel officio te inferior, vult te esse superior. Quantum exanderet, si qui te debet subsequi famulus, ex contemptu te precedat. Tibi ipsi irascere, qui te iis submittis, quæ sunt te & ordine & sorte longè inferiora, si nãque illa in te dominari quæ deberent famulari, illa que est supra caput, quæ subjectæ sunt tuis pedibus. Vis hæc in ipso felicitatis apice? enitere ut tuo consistas ordine, recteque te habeas ad superiora, media, inferiora. Hanc te artem docebit quintus Carthulianus Guigo.

II. (a) *In medio constitutus homo, superioribus, id est Deo in dilectione nec præferre, nec æquare, nec comparare ulla ex parte debet: æqualia id est proximos, quoad animæ salutem, tanti facere oportet, quanti seipsum. Inferiora, id est reliquas post spiritum rationalem creaturas, minoris facere debet, ita ut nihil tam parvi, tam vile habeat. Habebit itaque talis superiora ad gaudium, æqualia ad*



ad consortium, inferiora ad servitium. Devotus erit ad Deum, benignus ad proximum, sobrius ad mundum. Dei servus, hominis socius, mundi Dominus. Sub Deo constitutus, erga proximum non elatus, mundo non subditus. Redigens inferiora ad utilitatem mediorum, media ad honorem superiorum. &c. nihil ab inferioribus, nihil ab aequalibus, sed totum à superioribus suscipiens à superioribus motus, inferiora movens: superiora sequens, inferiora movens: superiora sequens, inferiora trahens: ab illis possessus, ista possidens. Hic porro ne à sulco delires, illa observes; licet omnia quæ Deus creavit sint bona, & valde bona, non tamen illorum adhærendum est bonitati, sed illius, à quo habent quod sint bona. Sunt Dei voces: cavendum ne soni suavitas, te magis oblectet, quàm significatio, ne voluptè magis sit audire illas, quàm qui per ipsas loquitur Deus: Creaturæ, vestigia sunt Dei, sed illis diutius non inhærendum, verum ultra ad Deum ipsum per ista pergendum. Nimirum cum creaturis (ait Augustinus) (a) non habitandi electione, sed itinerandi necessitate versandum. Itaque Deus amandus, quia amabilis, & solus amabilis, & infinites est amabilis, & amor ipse. Hoc est, Deus diligendus est non propter sua sed se, quia est Deus, ut monet tessera.

III. Sufficit mihi bonitas tua! ô summum bonum, ut te amarem quantum posses à me amari, quid urges me tuis operibus? Quid cogis tot tuis beneficiis? tu creasti me, quando non eram, tu quæstisti, quando perit, invenisti cum perditus fui, salvasti, cum damnatus fui, sustinuisti, cum obstinatus contra te fui, corripis cum delinquo, indulges cum

reus

(a) L. de Musit. c. 1.



reus sum, doces cum erro, pascis cum esurio, pos-  
cum sitio, foves cum frigeo, refrigeras cum caleo,  
vas cum vigilo, invigilas cum dormio, levas cum se-  
go, reparas cum cado, sustines cum sedeo. Tenes cum  
sto, vehis cum ambulo, excipis cum ad te venio,  
ducis cum a te abeo, revocas cum devio, undique  
undant in me & exundant extra me beneficia tua.  
Non possum movere manum, quin e tua manu re-  
cipiam donum; quaelibet respiratio, est novi benefi-  
cii obligatio; id ipsum quod non habeo, meum be-  
neficium puto, quia tu Domine donas prout cuilibet  
expedit, & negas non ut desit, sed ut proficiat. Atque  
beneficia Dei, sunt stimuli ad amandum Deum, quia  
amandus est Deus, ob amorem quo beneficia con-  
fert, quam quae confert. Quia beneficia sunt semina  
immensi illius incendi, sunt effectus Divini amoris.  
Quare quia bonus in se est Deus, plus debemus ama-  
re eum, quam quia est bonus in nos & nos amat. Ama-  
Deum ob beneficia, quia in eis vides, amplecteris, colas,  
la ris, amorem Dei. Ob amor eus illum ama, quia in  
illo intueris, adoras, & diligis bonitatem Dei. Amor  
Dei, una perfectio Dei est: restant aliae infinitae, ob  
quas infinities est amabilis. Nescio quomodo fieri  
possit, ut intermittatur, & desinat amor Dei in cor-  
de tuo, cum ipse infinitus ab aeterno ita te incessanter  
amaverit, sola bonitate sua. Quis non amet eum, cu-  
jus bonitati, debetur non tantum unus infinitus a-  
mor Dei, sed quasi infiniti amores infiniti Dei? hoc  
lector ut ames attende, & expende, si non ames pave-  
& cave, quanta patieris si pateris alibi vergere amo-  
rem, quam ad aeternum amorem.